

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

De Horis Canonicis Juxta Rubricas Breviarii Romani ritè recitandis - In qua  
etiam ipsæ Rubricæ Notis brevibus illustratæ, & Martyrologij Romani  
nomina suis Accentibus signata continentur, Ad Faciliorem Discentium  
Vsvm Ac Praxin

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1676**

Tit. V. De Tono Vesparum und Completorij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48333](#)

*In Horis Canonicis observande.*

71

IV. Ad Lectionem nonam, quam ipse recitat, ad Capitula, Absolutiones, Benedictiones, Orationes, Cantica, Hymnos, Invitatorium.

V. Ad Antiphonam B. Virginis, & Versus subsequentes usque ad Benedicat nos &c.

*Manus super genua explicatas gerit.*

I. Sub Psalmis & Lectionibus.

II. Sub Antiphonis ad *Magnificat*, *Benedictus*, & *Nunc dimittis*.

*Manu pectus percutit.*

I. Ad binam Confessionem, cum dicit: *Mea culpa &c.*

II. Ad Agnus Dei in Litanijs Omnim Sanctorum.

**§. V.**

*De Osculo Altaris.*

I. Semel tantum expressè præscribitur hoc osculum in Cærimoniali. l. 2. c. 1. scilicet in Vesperis, cum post introitum *Magnificat* ad Altare venit Officiator.

II. Idem tamen ob rationis paritatem in *Cantico Benedictus* faciendum videtur.

**§. VI.**

*De Incensione.*

I. Præragenda est hæc primò ad Vespertas primas & secundas juxta Cærimoniale Episc. l. 2. c. 1.

II. Eadem etiam facienda præscribitur ad *Benedictus*, uti ibid. cap. 7. videre est.

**TITULUS V.**

**DE TONO VESPERARUM,  
ET COMPLETORII.**

Quid sit Tonus in genere, & quotuplex, in Instructione de SS. Missæ Sacrificio p. 2. tit. 33. fusiùs explicatum est, unde hoc loco solum de Tono speciali Vesperarum agendum erit.

I. Quadruplex in Vesperis Tonus à Sacerdote adhibitus est. Primus in initio Vesperarum ad *DEVS in Adiutorium*, quod in Duplicibus & Semiduplicibus hoc tono cantatur.



Deus in adiu to rium meum in ten de.

In Ferijs verò, aliisque Simplicibus hâc ratione.




De us in ad iu to riū meum in tende.

Secundus in Capitulo usurpandus semper ferè idem est, si se habet.




Vidi ci vi ta tem sanctam Hierusalem



novam descendenter de Cælo à




De o pa ra tam si cut sponsam



ornatam viro su o.

Si tamen ultima vox Capituli monosyllaba fuerit, aut accentum acutū in fine habuerit, tum tali tono proferenda erit.




super te or ta est.

Si interrogativum in medio vel fine occurrerit, sic eam  
tabitur:


E s

Quis




Quis est hic, & lauda bimus eum?

Tertius in Orationibus post Canticum *Magnificat* adhibendus idem est cum eo, quem in Missa usurpandum in prima Instructione dixi. Versus vero *Dominus vobiscum*, *Fiducium*, *Dominus tecum nobis &c.* canuntur sine ulla variatione vocis, cum hoc solo discrimine, quod primus clarâ, reliqui duo non nihil submissâ voce canantur. Quartus tonus in Antiphona ultima, si Completorium vel aliud Officium non sequatur adhibendus, Ferialis minor in Rituali Augustano vocatur, & usurpatur semper in alijs etiam Orationibus, quae breviter per has clausulas: *Per Christum Dominum nostrum: Qui vivis & regnas in secula seculorum &c.* clauduntur. Habet autem unam duntaxat variationem, qua ante & in fine clausulæ, & in Versu Orationem antecedente usurpatur hoc modo.




Gratiam tuam quæsumus &c. gloriam



perducamus. Per eundem Chri-


stus



n: stum Do mi num no strum.

Versus: *Divinum auxilium &c. sicut Fidelium submissè canatur sine vocis variatione.*

II. In Completorio quinque potissimum Toni ab Officiatore adhibentur. Primus est Benedictionis, qui juxta sequentes Notas exprimitur; & in Matutino etiam pro Absolutionibus adhibetur.



Noctem qui etani, & si nem perfectum



con ce dat no bis Do mi nus



om ni po tens.

E 6


Jube



Ju be Domne be ne di ce re.



Tu autem Domine mi se re re nobis.



Secundus est Confessionis, & subsequentium Orationum quæ æquali tono, sine ulla variatione, sed voce nonnulla submissiori cantantur.

Tertius est Versiculorum *Converte nos*, & *DEVS in Adiu-  
rium*: quorum hic suprà notatus est; alter sic exprimetur.



Converte nos Deus sa lu ta ris noſter.

Qua

Quartus est Capituli, qui idem est cum eo, qui in Capitu-  
lis Vesperarum & aliarum Horarum adhibetur, & supra jam  
notatus est. Sed & quintus pro Oratione *Visita nos* idem est  
cum Tono Feriali majore in Orationibus Simplicium Festo-  
rum, imò & in Duplicibus & Semiduplicibus ad Orationem  
primam Primæ, Tertiæ, Sextæ & Nonæ usurpat, nullám-  
que, ut dictum est, vocis variationem admittit.

Sextus denique in Antiphonis B, MARIAE adhiberi solitus  
Ferialis Minor est, de quo paulò antè in Vesperis dictum,  
qui etiam pro Oratione *Dirigere ad Primam*, ad Ora-  
tiones Litaniarum & Aspersionis aquæ benedictæ adhi-  
betur.

De Tonis aliarum Antiphonarum, Psalmorum, Versicu-  
lorum, quia plerumque non ab Officiatore, sed Cantoribus  
canuntur, nihil hīc addere placuit, maximè cùm etiam plu-  
res sint, quām ut tam parvo libello comprehendì commode-  
queant.

#### P A R S IV.

### DE SPECIALIBUS QUIBUSDAM FESTIS ET OFFICIIS.

**E**T si pleraque, quæ de his dicentur, hinc inde in Superio-  
ribus partibus inspersa sint, quia tamen ad pleniorē  
doctrinam, & memoriarum subsidium non parūm juvat, si ad  
certos & communes Titulos redigantur, placuit & hoc adju-  
mento Tirones non defraudare.

#### §. I.

##### *De Dominicis.*

I. **D**ominicæ ab Apostolis hanc nomenclationem acces-  
perunt, eò quod Domini sunt, id est, divino servitio  
con-